



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi, Et In Connimbricensi Academia
Sacrarum Litterarum primarii Professoris Opvs, De Virtute
Et Statu Religionis**

Qvo Quid Contineatur, Index proximus indicabit

De Obligationibus, Quæ Religiosum Constitvunt, vel ad illum disponunt

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1625

XV. Vtrùm de substantia nouitiatus, vt annus sit continuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93480](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93480)

Advero formaliter sumendo existentiam in clau-
stro, vel fictione iuris, vt Iurista loquuntur, sic qui-
dem de necessitate probationis est, esse in clau-
stro, ita vt si quis illud deserat propria voluntate, & ex-
tra obedientiam prelati, eo ipso extra probationem
seri censetur. Et hæc est sententia Angeli, Sylue-
stri, & Nauarri supra, quod mihi videtur cum gra-
no falsis esse intelligendum, quia non videtur verissi-
mè per omnem exitum extra septa monasterii, re-
tento habitu, & cum animo redeundi, interrumpi
nouiatur, etiam si fiat indebitè, & sine licentia
prelati, quia etiam hoc nullo iure cauetur. Item
quia professus exiens illo modo non est apostata, et-
iam si grauius peccet, quia non deserit religionem;
ita ergo nouitius tunc non deserit religionem,
nec propriè, ac verè retrocedit: manet ergo suo
modo in religione; licet in ea leuiter, & inordinate
se gerat: ergo in nouitiatu, & probatione manet,
quia non habet in religione alium gradum, & quia
propter vnâ culpam etiam grauem non statim in-
terruptur probationis annus. Et confirmatur,
quoniam alias si nouitius de licentia prelati ieret ex-
tra monasterium ad certum locum, ipse vero absque
licentia ad alia loca transiret, eo ipso desereret no-
uitiatum, & interrumpere annum probationis,
quod est profecto valde rigorosum, & sine funda-
mento iuris, vel efficacia rationis. Sequela autem
patet, quia tunc etiam formaliter constitueretur
extra claustrum, quia non esset in illis locis de li-
centia prelati. In his ergo casibus poterit quidem
nouitius digne puniri, vel etiam dimitti, si prelato
visum fuerit; tamen donec dimittatur, non definit
esse in probatione propter solam huiusmodi cul-
pam. Vt ergo dicatur nouitius formaliter, seu omni-
no claustrum dimittere, necesse est vt recedat, vel
alio diuertat, animo non redeundi, seu, quod perin-
de est, vt non solum sine licentia exeat, sed etiam vt
per exitum intendat constitui extra obedientiam
prelati; nam tunc eo ipso definit esse nouitius, vt
per se constat. Ex quo à fortiori colligo, si nouitius
exeat de licentia prelati illicitè & sine rationabili
causa data, tunc multo minus interrumpi proba-
tionem. Quod ideo aduerto, quia Nauarrus supra
videtur requirere licentiam iusta de causa datam,
quod nimis etiam est rigorosum, & non potest et-
iam iure fundari, nec ratione, quia talis nouitius
non deserit religionem; imo fieri potest, vt licet su-
perior peccet, dando licentiam, ipse nihil peccet
eritendo. Item quia licet prelati sine iusta causa
eximat nouitium à quocunque onere nouitiorum,
vel de illi licentiam, verbi gratia dormiendi plus-
quam oportet, non interrumpitur probationis ani-
mus, vt est per se notum: ergo idem est in præsentia,
est enim eadem ratio; alias si prelati sine causa ius-
ta daret licentiam nouitio, vel sæpius eundi in ar-
gum, vel visitandi amicos, (quæ sint exempla
ipsius Nauarri) toties interrumpere nouitiatum;
quod profecto nulla probabilitate dici potest, tam-
cum licentia est iniusta, quam cum est iusta; neque
enim hæc debet nouitius discernere; nec magis est
vniuersi consuetudine receptum, quam aliud. Deni-
que rationes factæ de nouitio exeunte sine licentia;
& fortiori hoc probant. Et iuxta hæc possit cum pro-
porione definiti dubium proxime relictum in super-
iori puncto de gestatione habitus continua. Sed de
hoc plura infra.

Tertio ex dictis definitur, quod dubitari solet in
hac materia, si nouitius statim, ac monasterium in-
greditur, in lectum incidat ægorus, & ita duret per
annum integrum, an possit dici, in probatione fuisse,
& completo anno statim profiteri. Dicendum
est ergo posse profiteri, & illum fuisse verum annum
Fr. Suarez de statu relig. tom. 3.

probationis, quod ex mente omnium Doctorum
asseruit Nauarrus dicto consil. 32. num. 5. Et ratio est,
quia quantum est ex se, verè manet in statu proba-
tionis in tali religione, & sub obedientia illius.
Quod autem actu probari non possit, est per acci-
dens, nec refert, quod annus probationis datus est
ad sumendam experientiam, tum quia finis legis
non est de substantia legis: tum etiam, quia in eo ca-
su nouitius satis probatur per infirmitatem, in qua
sufficenter poterit religio cognoscere naturam eius,
& aptitudinem ad religionem; ipse vero, & charita-
tem, & mores religionis poterit cognoscere; &
quanuis non valeat vitæ austeritatem in se formaliter,
vt sic dicam, experiri, aliunde tamen poterit suf-
ficientem noticiam comparare. Vnde ex hoc casu
colligit Nauarrus tanquam certum, & manifestum,
non esse necessarium experiri omnes austeritates in
specie. Ego vero vltius colligo nullam esse neces-
sariam, neque aliam actualem probationem, præter
illam, quæ est in perseverantia in tali religione per
annum sub obedientia illius, vt explicatum est.

CAPVT XV.

Virum de substantia nouitiatu sit, vt annus sit continuus.

IN hoc capite explicanda est illa particula, per an-
num. De qua in primis certum est, intelligendam
esse de anno integro, & profecto, ita vt neque vna
dies illi desit in quo Doctores omnes conueniunt,
tum quia iura antiqua supra citata ita de hoc anno
loquuntur, Concilium autem iuxta antiqua iura lo-
quutum est: tum etiam, quia consuetudo ita hoc in-
terpretatur; tum denique quia lex, quæ taxat, vel
tempus, vel pretium, vel aliquid huiusmodi; præ-
cise, & quasi in indiuisibili constituit talem mensu-
ram. Nam etiam Philosophi dicunt, mensuram de-
bere in indiuisibili consistere; itaque hic annus per-
fectus esse debet. Addo vltius cum Sancto lib. 1.
de matrimonio disputat. 24. num. 22. & Lessio lib. 2.
de iustitia cap. 41. dubit. 7. num. 59. annum proba-
tionis ita computandum esse de momento ad mo-
mentum, vt si habitum nouitius assumpsit prima
die Ianuarii, v. g. post meridiem, non possit eadem
die recurrente termino anni profiteri ante meri-
diem, sed expectandum esse prouentum suscepti ha-
bitus, quia in eo completur, & perficitur annus à
Concilio requisitus. Non tamen opus est addere
anno vnum diem, cum nullo iure id præcipiatur,
vt bene obseruat citatus Sanchez. Quod vero atti-
net ad integritatem, aduerto duobus modis posse
hunc annum integrum computari; primo per conti-
nuationem vnius, & eiusdem anni naturalis. Se-
cundo per computationem seu aggregationem par-
tium discretarum, vt si quis per sex menses, v. g. fuit
in nouitiatu, & postea est egressus, & in seculo man-
sit per aliud tempus, ac deinde iterum religionem
ingressus per sex alios menses probetur, & hi cum
prioribus coniungantur, & computentur ad inte-
grum annum constituendum.

Fuit ergo aliquorum sententia, non esse conti-
nuationem anni de necessitate probationis, sed pos-
se prædicto modo compleri, suppleto tantum id
quod declarat. ita tenuit glossa in regula, Eum qui de
regul. iur. in 6. qui refert aliquos antiquos pro hac
sententia. Quam etiam sequutus est Speculator tit.
de statu Monachor. §. 1. vers. 37. n. 43. & Bonifac. in
Clem. Eos, de regular. n. 47. cum hac moderatione, vt
tempora anni sint diuersa, v. g. æstatis, aut hyemis. Et
primo glossa citata conatur regulam illam ad hoc
inducere, quæ sic habet. Eum, qui certus est, certiora-
ri vltius non oportet, quæ parum profecto probat;
potest autem sic induci. Nam annus probationis

Probatur ratione.

Tertium dubium circa quædam Concil. Trient. Assertio prima, Probatio primo, Secundo, Tertio.

Additio assertionis postea.

Notandum.

Annus in- terger du- plisier po- test com- putari.

2. Dubium in hac mat- ria. Prima sen- tentia as- firmatiua.

Probatur ordina- primò.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

3.

Secunda sententia, negatiua, & certa.

Fundamentum primum a iure.

Secundum fundamentum a ratione.

Tertium a moralis coniectura.

ordinatur ad fundendum iudicium certum de religione, & de persona, sed hæc certitudo sufficienter sumitur per annum directè compositum: ergo non oportet maiorem certitudinem postulare. Secundo possumus argumentari, quia nullum est decretum, quod expressè requirat annum continuum, nec Concilium Tridentinum illam particulam addidit: ergo non est à nobis addenda, præsertim ad restringendam legem, quæ ex hac parte odiosa videtur: ergo sufficit esse in probatione per annum, id est, per duodecim menses, siue continuè, siue interpolatè illi numerentur. Tertio addere possumus iuxta aliam sententiam difficiliorem, ac valde onerosum fieri religionis ingressum; nam si contingat aliquem per vndecim menses religionem probasse, & posse per diem exire, difficillimum illi esset iacturam factam reparare, inire un probationis annum iterum inchoari. Accedit quarto, quod difficile potest designari, quæ interruptio sufficiat impedire debitam huius anni continuitatem.

Nihilominus contraria sententia tanquam certa tenenda est cum Panormit. in cap. ad Apostolicam, de regular. numero 9 vbi pro ea refert Ioannem de Lignano in Clem. eos, de regular. & Bartolum in l. in veridum. §. quoties ff. de publ. Idem tenet Angelus verbo nouitius num. 15. & Syluest. verbo Religio 5. num. 4. Nauarr. consil. 9. 34. & in aliis multis de regular. vbi pro eadem sententia refert Ancharr. & Philippum Francum, plures refert Bertachin. verbo Annus, sequuntur etiam communi consensu recentiores Theologi, Sà verbo Religio num. 9. Henriquez lib. 13. de excommunicat. cap. 40. num. 2. Azor tomo 1. lib. 12. in tit. moral. cap. 2. quæst. 8. Lessius lib. 2. cap. 41. dubit. 7. Eman. Rodrig. 2. tomo 3. quæst. regul. quæst. 15. art. 8. & Miranda in Manuali tomo 1. quæst. 22. art. 4. concl. 1. Fundamentum præcipuum est, quia quando in iure tempus certum ad aliquid requiritur, intelligendum est de tempore continuo. Ad hoc autem principium probandum citat Angel. cap. capientes. vers. Ceterum de elect. in 6. sed ille textus nihil probat, nam in eo additur, per triennium continuum ex tunc inchoandum. &c. Ex quo potius posset argumentum sumi in contrarium. Nam ideo videtur addita particula, *continuum*, quia in ipso tempore non satis videbatur inclusa. Quamuis neque hoc argumentum sit efficax, nam potuit addi ad maiorem declarationem, quia in cap. 1. eiusdem tituli in simili pœna, & clausula non additur illud verbum, & nihilominus certum est, intelligendam esse de tempore continuo, vt ibi Ioannes Andreas, & alii notant, & principium illud tradit glossa in rubr. ff. de diuer. temp. præsc. & in l. genero ff. de his qui not. infam. Et quamuis nullo iure expressè probetur, est per se valde consentaneum rationi, quia tempus, & præsertim definitum vt dies, vel annus, & est continuum, & in hoc sensu regulariter significatur; qui enim legat, vel donat alteri usum domus per annum, de anno continuo intelligitur, alias esset valde incerta, & arbitraria donatio, possetque alius nunc vno mense, & postea alio suo arbitrio annum complere cum notabili grauamine alterius, vel è conuerso posset hæres, aut donatarius prout vellet annum interpretari. Vnde etiam sumitur alia moralis coniectura, nam oportet, vt tam in iure, quam in contractibus humanis aliquid definitum, ac certum designetur, quando annus, vel aliud simile tempus præscribitur, quod esse non posset, nisi continuum tempus intelligeretur. Et videtur ad hoc optimus textus in Clement. eos qui, de regular. vbi professionem tacitam facere dicuntur, qui habitum professorum, per annum portant, quod siue vlla controuersia de anno continuo intelligendum est.

Hoc autem principium euidentius est, quando in lege designatur dies, ex quo tale tempus computari debet, vt si lex dicit, ex tunc sit suspensus per triennium, vel ex quo die accipit tale officium, teneatur per annum hoc, vel illud facere, sine dubio hæc, & similes leges intelliguntur de tempore continuo, vt constat ex communi omnium intelligentia, & vsu, & quia non possunt alias commodum habere sensum. Propter quod censeo post Concilium Tridentinum multo certiore esse hanc sententiam, quam antea, prius enim solum dicebatur, vnus anni probationem esse necessariam, vt in cap. Gonsal. & carior. du. 17. quæst. 2. & cap. ad Apostolicam, de regul. Vel vt professio non fieret ante annum probationis clapsum, vt in cap. Non solum, de regular. in 6. Concilium autem Tridentinum supra expressè addidit, Nec qui in noui tempore, quam per annum post susceptum habitum probationis; vbi designat tempus, ex quo talis annus computandus est, intelligit ergo de anno continuo; atque ita declaratum est in congregatione Cardinalium. Addunt præterea rationem dicti auctores, quia intermissum tempus minuit asperitatem probationis, nam difficilius est perseuerare per annum continuum, quam per partes interpolatum. Sed ad hoc dici posset, est hoc ita sit, nihilominus non cogit nos ad intelligendum illum annum eo modo, quo maiorem rigorem, & difficiliorem perseuerantiam postulat, nam potius videntur huiusmodi leges onerosæ liniendæ. Addit vero Syluest. annum hunc dari ad experiendas omnes asperitates regulæ, quod non semper fieri posset, nisi annus requireretur continuus, quia in vna parte anni, v. g. in Aduentu, vel in quadragesima plura, & æperiora sustinenda sunt; posset autem quis interpolatè esse nouitius per annum, vitando illa tempora. Sed ad hoc etiam dici posset, accidentarium id esse, nam ostensum iam est, non esse necessarium actu experiri omnes religionis labores. Nihilominus suppositis prioribus fundamentis, quæ sunt præcipua, hæc sunt etiam probabiles coniecturæ, & congruentia dictæ legis. Nam licet simpliciter necessarium sit actu experiri omnes religionis labores, nihilominus necessarium est, esse in statu idoneo ad experiendos illos; ad hoc autem per se loquendo accommodatus est annus continuus; & inter hæc experimenta præcipuum esse debet in perseuerantia, & constantia, & ideo merito ad hanc probationem annus continuus postularus est.

Ad primum ergo argumentum contrariæ sententiæ sumptum ex regula iuris, negatur per interrupta tempora sumi sufficientem experientiam, satis que certam; tum quia non sumitur illa, quam lex requirit, quæ sola debet censei sufficiens: tum etiam, quia constantia, & perseuerantia non satis probatur, vt dictum est. Ad secundum iam ostensum est quomodo ex vi iuris necessarius sit annus continuus, etiam si hæc vltima particula in iure non exprimitur. Ad tertium responderetur, concedendo illud grauamen sequi, sed illud est priuatum, & parui momenti respectu vniuersalis commodi religionis, quod ex prædicta lege in dicto sensu intellecta resultat.

In quarto vero puncto petitur, vt explicemus, quibus modis hic annus interrumptur, ita vt necessarium sit iterum illum inchoare. Syluester enim supra indicat, modicam interpolationem ad diem, v. g. ad ieiunium non sufficere, dicit enim annum debere esse continuum, eo modo, quo solent austeritates in religione continuari, scilicet modicè, & ad diem interpolandum. Nauarrus autem dicto Consil. 32. num. 1. & 3. dicit nouitium interrumpi per exitum nouitii à Claustro per tres, vel quatuor dies sine licentia superiorum.

Post Cont. est. 11. ex. tra centio. metiam. & carior.

Ita dilata. ranti. Cou. greg. Card. inal. Alio con. tura & ra. tionis pro. babiles as. feruntur. ab auctori. bus.

4. Resp. ndr. tur ad ar. gum. in primum.

Ad secun. dum. Ad ter. tium.

5. Ad quar. tum. & re. solutio. Annotatio. pro posita. Opin. & Syluest. O. 110. Nauarr.

Secundum. statim per se absurdum apparet. Et eadem ratione potuisset quis ante Concilium probationem facere duodecimo anno ætatis, & postea simili modo professionem facere, quia nullum erat ius designans, in qua ætate nouitatus esset peragendus. Consequens autem est falsum, & contra eisdem auctores, qui alii dicunt, annum probationis non posse inchoari nisi vno anno ante legitimam ætatem à jure designatam ad professionem, aded vt etiam dicant, vbi necessaria est ætas decem & octo annorum, probationem non posse inchoari ante decimum septimum, vt etiam supra animaduerti cap. 11. hujus libri.

9. Tertium. Præterea sequitur, licet quis redierit ad sæculum per decennium post integrum annum probationis factum, posse cum illo anno postea profiteri, quod plane absurdissimum est, & contra omne prudens iudicium. Nam intermissione temporis diuersificancur mores, & opera hominum, vt dicitur in l. *Sinon sortem. S. liberus. ff. de conditione indebiti.* Quo principio vtitur Angelus ad probandum interruptionem anni probationis esse contra substantiam eius; æquè autem efficaciter procedit ratio de interruptioe inter probationem, & professionem, quia qui in hoc anno, vel hac ætate recte se gessit in nouitatu, potest iam esse habilis ad religionem, & è contrario. Quod si quis fortasse dicat, hoc solum esse verum, quando nimium tempus interpositum est; responderetur in primis idem dici posse de interruptione ipsius anni probationis. Deinde dicitur id esse accidentarium, & aliquando in paruo tempore magnam posse fieri rerum mutationem; aliquando verò nullam, etiam in tempore longo, & admissa interruptione, nullam moralem regulam relinqui; idcoque vel nullam admittendam esse, vel certe nullo fundamento dici maiorem, vel minorem impedire, aut non impedire. Existimo ergo eadem iura quæ statuunt, vt annus probationis præcedat, consequenter velle, vt finito anno statim de persona iudicium feratur, & ad probationem admittatur, si admittenda sit; vel saltem in eodem statu probationis vt que ad professionem perseveret, nam si illum mutet, moraliter mutat fundamentum iudicii, quoniam multum potest mutare mores, propter quod moraliter etiam loquendo, noua probatione indiget. Atque hoc tandem mihi persuadent verba Concilij Tridentini, *per annum post susceptum;* quibus indicatur, non debere ante professionem plures receptiones ad habitum antecedere. Facit etiam quod cap. 16. monet religionum prælatos, vt finito anno probationis, aut nouitios ad professionem admittant, aut eos eiciant, quis autem dicat, si semel eos eiciant anno expleto, posse iterum illos recipere, & valide ad professionem admittere cum eadem probatione? Vel etiam, si nouitius ipse noluit profiteri, etiam si religio illum admitteret, quomodo potest admitti sine nouo experimento?

Instantia Dissimul.

Sententia auctoris.

Probatur ex Conc.

10. Hac sententia est probabilior.

Notandum.

Propter hæc ergo probabilior hanc partem esse censeo, quamuis non sit tam certa, sicut alia de interruptione anni nouitatus; quia & pauci Doctores hoc in specie disputant, & affirmant, & fundamentum iuridicum non est tam manifestum, licet sufficiens videatur. Non omitam etiam aduertere, prædictam sententiam, & fundamentum eius maxime procedere, quando interruptio fit per egressum à religione; contingere autem potest, vt fiat emitendo professionem nullam cum existimatione, quod valida sit; tunc etiam supra diximus, probationem interrumpi, & tempus illud, pro quo aliquis viuit in habitu, actione, & existimatione profecti, non posse tempus probationis appellari. Difficile ergo creditur esse, propter moram interpositam inter annum prof-

bationis, & veram, ac validam professionem ita interrumpi tempus debitum, vt intellecto postea defectu professionis, non possit iterum valida fieri sine nouo anno probationis, quod videtur plane sequi ex dictis. Sed hoc genus interruptionis non videtur eiusdem rationis quoad omnia, de qua re dicam commodius libro sequenti, vbi explicabo quo modo professio nulla iteranda sit.

CAPVT XVI.

Primum nouitius ad obseruantiam regularem teneatur; & verum officia, beneficia, ac dignitates Ecclesiasticas habere possit.

Questio intelligitur, vt supra dixi, quasi in sensu composito, dum nouitius est, & contra omne prudens nam simpliciter certum est non obligari: Ratio autem dubitandi pro parte negatiua est, quia nouitius nullum votum emisit: ergo ad nihil amplius tenetur ex vi illius status, quam ante illum teneretur, quia non est vnde oriatur talis obligatio, si ex promissione non nascitur. In contrarium verò est, quia nouitius fruitur bonis, & priuilegijs religionis; ergo debet etiam eius onera sustinere: ergo debet ad hoc esse obligatus, quia alia non possit conuenienter dirigi, & gubernari à prælati religionis.

Nihilominus simpliciter dicendum est, nouitium non obligari in conscientia ad obseruantiam regularem, quamuis aliquo modo debeat subesse disciplina religiofa; quamdiu à monasterio non recedit. Vtramque partem probant rationes dubitandi, vt tamen restota explicetur, & breuiter exponamus nonnulla breuia dubia, que de nouitijs tractari solent: reuocemus omnes obligationes proprias religionum ad tria vota, & per illa breuiter discurremus; supponimus enim hic solum esse sermone de obligationibus, quas religio addere potest, & solet; nam de alijs, quæ communes sunt omnibus Christianis, non dubium est, quin maneant in nouitio, neque illæ proprie pertinent ad obseruantiam regularem, sed generales sunt.

Ad quid teneatur nouitius in materia castitatis.

Quod ergo spectat ad votum castitatis, clarum est, si alius nouitius priuatim deuotione votum castitatis non emisit, nulla noua, seu speciali obligatione teneri ad seruandam castitatem, sed solum illam, quæ ex iure naturæ nascitur, quia nec religionis professus tenetur, nisi ex ratione voti, nec potest excogitari alia ratio huius obligationis. Solum potest obseruari, ratione scandali vitandi, & honoris religiosi habitus, & totius religionis, maiori quadam obligatione teneri nouitium ad castitatem seruandam quandiu talem habitum portat, & in illo quasi statu perseverat; hanc verò obligationem existimo esse accidentariam. Vnde si in individuo nouitius peccet contra castitatem præcauendo sufficienter ne sequatur scandalum, vel infamia religionis; non incurrit specialem malitiam, imò neque existimo illam circumstantiam personæ, scilicet quod sit nouitius religionis, ita aggravare peccatum, vt sit necessarium illam in confessione explicare, quia nullum est sufficiens fundamentum talis grauitatis: nam licet ille dici possit magis ingratus Deo, vel ex maiori malitia peccare, qui maiorem habet cognitionem, & pauciores occasiones; nihilominus hæc sunt circumstantiæ valde generales.

Denique à fortiori colligitur, non peccare nouitium, si relicta religione, etiam in sæculo constitutus, matrimonium contrahat, & consummet, semper e-